



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 3. Controversiae Udlingenschwillensis origo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Sæc. XVIII.
A.C. 1725.

§. III.

*Controversiæ Udlingenschiwillensis
origo.*

Binner Ap- Sicut nulla scintilla adeo parva est,
parat. quin incautius neglecta magnum
Part. X. excitare valeat incendium, sic & ex le-
pag. 561. vissima proflus causa apud Helvetios
Hotting. maxima hoc anno enata est contentio,
Hist. Helvet. lib. 8, p. 284. qua Lucernensis Magistratus cum Epi-
Bochat me- scopo Constantiensi, Nuntio Apostolico
moir, pour ipsoque adeo summo Pontifice graviter
servir &c. collidebatur. Res ita contigit. Die
Dominica duodecima Augusti Udlin-
genschiwilæ, Pago in Præfectura Hab-
spurgensi Lucernensis ditionis, celebra-
batur festum Dedicationis ejusdem
Templi: Visum erat Christiano Leon-
tio Anderman illius loci Parochio, longe
decentius fore, si populus hanc festi-
vitatem pietatis operibus, ac singulari
religione celebraret, præcipue vero
a commensationibus, aleis, & choreis
abstineret, eoquod eo tempore publicæ
indictæ fuissent preces pro obtainenda
aeris serenitate.

Part. I. Cum autem Parochus in decretis
tit. 23. c. 7. Constantiensis Synodi sancitum nosset,
quod Parochi cum Magistratu agant, ut
diebus Dominicis & festivis ludicra specta-
cula, choreæ & saltationes non permittan-
tur,

tur, hinc die secunda Augusti Lucer- Sæc. XVIII.
A C 1725.
næ Rudolphum Moor Præfectum con-
venit, eidemque exposuit, minime
congruere, ut Dedicationis festum in-
honestis choreis ac tripudiis profana-
retur, cum potius pro evertenda com-
muni calamitate Divinum Numen exo-
randum esset, eoquod & pluviae per
aliquot septimanas continuatæ certam
frugum perniciem minitarentur. Ad
hæc vero reposuit Prætor, ubique, cho-
reas publice agere, hisce diebus per-
missum esse, proin hoc delectamenti
genus nec Udlingenschwillensibus dene-
gari posse. Ergo peracta re Divina,
annuente Præfecto, choreæ festiva dedi-
cationis die ducuntur, nemine prorsus
reclamante. Die autem decima
quinta ejusdem Mensis Parochus po-
pulo annuntiat, per tres continuos
dies, exposito Sanctissimo publicas ha-
beri preces, ut Numinis ira placaretur,
solemnam autem comprecationem mini-
me compati cum publicis ac clamorosis
saltationibus, easque proin his diebus
esse interdictas. Verum instante Cau-
pone Præfectus per Præconem, præ-
sente Parocho, plenam publicas cho-
reas ducendi facultatem cunctis con-
cessit: Die igitur illa, & sequentibus
libere saltationi indulgetur, Parochus
vero die decima nona, in qua Domi-

B 4 nica

Sæc. XVIII. nica inciderat, perlectis Evangelii ver-
A. C. 1725 bis populo denuntiat, quod grave pa-
 trassent peccatum, proin Pastoris sui
 voci rebelles noxam Sacramentali con-
 fessione eluerent, scriptumque peractæ
 confessionis testimonium proxime affer-
 rent. Parueret omnes, exceptis duo-
 bus, quorum pertinaciam, ut frange-
 ret Parochus, termini loco diem vige-
 simam septimam Augusti, præfixit,
 intra quod spatium, si non resipisce-
 rent, Sacmentorum usum sibi inter-
 dictum scirent.

§. IV.

Hæc caufa in utroque foro agitata.

Tum vero mutuae contentioni datur
 initium; Senatus quippe Lucer-
 nensis jurisdictionem suam læsam ra-
 tus. Parochum per Constantiensis Epi-
 scopi Commissarium nomine Rislerum
 ad diem duodecimam Septembris com-
 parere jubet. Hic vero datis ad Sena-
 tum literis exponit, obstatre exemptio-
 nem a foro laico; choreas, prout agi-
 solerent, esse in se illicitas, a quocun-
 que demum permitterentur; nec ferias
 ab opere servili eo fine indici, ut dies
 Deo sacri in ebrietatibus atque inho-
 nestis ejusmodi oblectationibus insume-
 rentur; Parochi ergo esse, eas prohi-
 bere,